

tari privileg. celebrata, decernendo tamen, ut non nisi consuetam eleemosynam unusquisque Sacerdos pro dicta missa licet privilegiata accipiat et in ea tantum quantitate, quae a synod. constitutionibus seu a loci consuetudine regulariter praefinita fuerit. Quibuscunque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum Romae 19. Maji 1761.

Vd.: *Indulg. alt.* (initium).

o) Effectus.

Ad dub. Episcopi S. Flori in Gallia: Utrum per indulgentiam altari privil. annexam intelligenda sit indulg. plenaria animam statim liberans ab omnibus purgatorii poenis, an vero tantum Indulgentiae quaedam secundum divinae misericordiae beneplacitum applicandae? S. C. J. resp.: Per Indulg. altari priv. annexam, si spectetur mens concedentis et usus clavium potestatis, intelligendam esse plenariam, quae animam statim liberet ab omnibus purgatorii poenis; si vero spectetur applicationis effectus, intelligendam esse indulgentiam, cujus mensura divinae misericordiae beneplacito et acceptationi respondet. Die 28. Jul. 1840.

p) Episcopus concedens indulg. alt. priv.

Vd.: *Indulg. alt. priv.* (Ad Septennium); *Indulg. alt.* (Eccles. paroch.; initium); *Indulg.* (initium.)

q) In Expos. SSmi. Orat. 40 hh. et in aliis Expositionibus a Dom. Quinquag. usque ad fer. III.

Vd.: *Instr. Clem.* §, XXXIII. n. 9 etc.

r) Initium.

Vd.: *Indulg.* (initium); *Indulg. alt.* (ad Septenn.)

Dum Episcopis conceditur per apost. Breve facultas semel designandi in

qualibet ex paroch. atque subsidiariis seu filialibus ecclesiis, in quibus ad populi commodum parochialia munera exercentur, unum dumtaxat altare ad septennium proximum tantum privilegio ap. decoratum pro animabus Christifidelium a purgatorii poenis liberandis, dubitatur: an haec facultas ita intelligenda est, ut Episcopi ea utentes designare valeant altare decoratum Indulgentia non pro toto Septennio, sed pro tempore imputando a die concessionis Episcopis factae, ex. gr. ad quinquennium, triennium, biennium? Sunt et alii, qui putant, Episcopos in hoc casu gaudere facultate designandi altare ad Septennium semel, ita ut Episcopis facta sit potestas ditare altare Indulgentia ad Septennium completum proximum a die designationis Episcopi computandum, modo unica vice hac facultate utantur vi ejusdem Brevis. S. C. J. resp.: Episcopus Orator facultatem obtinuit semel per se ipsum in qualibet ex paroch. et Colleg. Ecclesiis suae Dioecesis unum dumtaxat altare ad septennium proximum privilegio ap. decoratum declarare, ita ut haec facultas, quoad *Episcopum Oratorem* perduraverit, usque dum in unaquaque ex praefatis Ecclesiis unum altare tali privilegio ditatum designaverit; *quoad vero altare*, simili indulto decoratum, erit per Septennium proximum incipiendum a die respectivae designationis uniuscujusque altaris ac proinde absoluto septennio, pro altaribus designatis, etiamsi in caeteris ecclesiis nondum ea declaraverit, recurrendum erit ad S. ap. Sedem pro talium facultatum prorogatione. Die 30. Augusti 1847.

Clemens PP. XI.

Ad dubium: An attentis verbis, quae in Brevibus indulgentiarum apponi solent „*praesentibus ad Septen-*

tantum valituris: Septennii initium a die publicationis Brevis desumendum sit? S. C. resp.: Non a die publicationis sed a die datae Brevis Septennii tempus incipere. Die 18. Maji 1711. (Bull. r. t. VIII. p. 442.)

s) Infra Jubilaeum non cedit.

In omnibus indulgentiis tam plenariis quam particularibus ad Septennium concessis debet computari et continuari Septennium a die dati Brevis apost., etiamsi infra dictum Septennium annus sanctus occurrat, in quo omnes indulgentiae *pro vivis* suspenduntur. *Bened. XIII. die 9. Februar. 1725.*

Cf.: *Ind. alt.* (non derog. etc.); *Indulg.* (Infra Jubilaeum etc.)

t) Perpetua.

Vd.: *Indulg. alt.* (Eccles. Cath. etc.)

u) Personale Privileg.

I. In die Commem. Omn. fid. Def.

Vd.: *Indulg. alt.* (Eccles. par.)

II. Quoties et quomodo utendum?

Sacerdos, qui gaudet privil. altaris personalis, si sit aggregatus alicui Congregationi, quae etiam dicto privilegio gaudet, potest adhuc frui alio privilegio, licet aliunde jam habeat per tres aut quatuor vices in hebdomada tale privilegium, dummodo in Indultis aliter expresse non disponatur. S. C. J. die 27. Maji 1839.

Cajus Sacerdos habens privileg. personale altaris privilegiati bis aut ter in hebdomada, accepto Stipendio pro missa celebrando in altari privilegiato, ex praetextu personalis privilegii ejusdem altaris privilegiati celebrat in altari non privilegiato. Quaeritur: an bene se gerat et utrum oneri sus-

cepto satisfaciatur? S. C. J. resp.: Affirmative. Die 15. Mart. 1852.

Vd.: *Indulg. altar.* (Color param.)

Benedictus PP. XIV.

Canonicis Capituli Ecclesiae Veronensis, in perpetuum indulgemus, ut SS. missae Sacrificium, quod ad quodcunque altare bis in hebdomada quilibet eorum pro animabus Christifidel., quae Deo in charitate conjunctae ex vita migraverint, celebraverint, perinde iisdem suffragetur, ac si ad altare fuisset celebratum.

Datum Romae die 19. Jan. 1748. (Bull. r. t. XVIII. p. 315 §. 4.)

v) Quando perit?

Vd.: *Indulg. alt.* (quando reviviscat?, initium); *Indulg. Orat.*

w) Quando reviviscit?

Vd.: *Indulg. Altaris* (Quando perit); *Indulg. Eccles.* (Renov.; decr. de 13. Sept. 1723); *Indulg. Orat.*

Ad dubium: 1. Utrum diruto altari privil. privilegium non pereat, sed, reaedificato altari sub eodem titulo, reviviscat?

2. Quid si praefatum altare non eodem sed in diverso Ecclesiae loco denuo erigatur, licet sub eodem titulo? S. C. Indulg. resp.:

Ad 1.: Affirmative, ut in die 24. Apr. 1842;

Ad 2.: Affirmative, ut in die 9. Aug. 1842.

Romae 30. Aug. 1847.

Ad dubium: 1. Utrum privileg. reviviscat, si *Ecclesia* funditus destructa sit et deinceps in *eodem* loco reaedificata altare olim privil. sub eodem titulo denuo erigatur?

2. Quid tandem, si *Ecclesia non in eodem loco*, sed *alibi* reaedificatur?

S. C. J. resp.:

Ad 1.: Affirmative (ut in die 9. Aug. 1842).

Ad 2.: Negative, ut in die 9. Aug. 1842.

Die 30. Aug. 1847.

Episcopus exponit, quod altare majus Ecclesiae paroch. B. privilegiatum in perpetuum declaratum fuit; cum vero idem altare marmoreum hodie constructum sit, supponitur quod privilegium peremptum sit: supplicatur hinc pro opportuna declaratione. S. C. J. resp.: Dummodo altare sit iterum sub eodem titulo constructum, non omississe privilegium ab ap. Sede concessum. Die 21. Apr. 1843.

A Paulo V. privilegiata declarantur per Breve altaria SS. Andreae et Silveriae. Cum vero Ecclesia renovata, destructa fuerint altaria et nova facta, petitur confirmatio Privilegii Pauli V. S. C. J. resp.: Confirmatione non indigere. Die 13. Sept. 1723.

In Cathedrali Murana erat altare privilegiatum perpetuum concessum a Gregorio XIII; verum anno 1694 ea per terrae motum passa fuerit, altare fuit *alibi in eadem ecclesia et sub eodem titulo* B. V. M. noviter extructum. Quaeritur: An nihilominus gaudeat privilegio? S. C. J. resp.: Affirmative. Die 13. Sept. 1713.

x) Quotidiana.

Vd.: *Indulg. alt.* (Eccles. Cathedr. etc.); *Ind. alt.* (Eccles. paroch.)

y) Ad Septennium.

Episcopus T. acceperat Breve pro Facultate erigendi seu declarandi ad septennium proximum unum altare privileg. in qualibet Ecclesia suae Dioecesis. S. C. J.: interrogata de interpretatione hujus Brevis respondit: Haec facultas quoad *Episcopum oratorem* perduraverit, usquedum in unaquaque ex praef. Ecclesiis unum altare

tali privilegio ditatum designaverit; quoad vero *altare* simili indulto decoratum, erit per septennium proximum, incipiendum a die respectivae designationis uniuscujusque altaris. Die 23. Sept. 1741.

Vd.: *Indulg. alt.* (Ecclesiae paroch.); *Indulg.* (initium); *Ind. alt.* (initium).

z) Taxa.

Vd.: *Indulg. alt.* (Eccles. par. etc.)

aa) Titulus.

Vd.: *Altare* (titul.); *Indulg. alt.* (quando reviv.)

2) Authentica.

Ut Indulgentia aliqua possit haberi pro authentica, sufficit etiam copia authentica, quam ex originali sump-tam esse constat. S. C. Ind. die 23. Febr. 1711.

3) Communio et Confessio.

Vd.: *Communio* (pro Indulg. lucr.)

4) Concionatoris.

Ad dubium: Quando sermo post Evangel. sit habendus, legitur in Caerem. lib. I. c. 27. n. 3.: Concionatori indulgentias petenti, Episcopus concedit Indulgentias consuetas. Quibus verbis eas concedere debet?

S. C. resp.: Satis est, ut dicat numerum dierum. n. 4669 ad 13 die 12. Novb. 1831.

5) Confraternitatis.

Vd.: *Indulg. Oratorii*; *Indulg. Ecclesiae* (nov. erectae); *Confratern.* (erectio et confirm.); *decr. Urbis et Orbis*; *Indulg.* (Ad Sepulturam etc.); *Ind. Papae*.

6) Pro Defunctis.

Vd.: *Indulg.* (in die Commem. etc.) *Haec indulg. non derogatur per Jubilacum*, vd.: *Indulg. infra Jubil.* (Quae non cessat?)

7) Derogatio.

Vd.: *Indulg. alt.* (Non derogatur etc.)

8) In Die Commem. Omn. fid. def. Innocentius PP. XI.

Nos precibus humiliter porrectis omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus in *Regnis Hispaniarum* decem annis vere poenitentibus et confessis ac s. Commun. refectis qui *paroch. suam ecclesiam* die Commem. fid. def. a I. Vesp. usque ad occasum solis ejusdem diei inclusive annis singulis devote visitassent et ibi pro Christ. principum concordia, haeresum extirpatione et s. matris Ecclesiae exaltatione preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam animabus fidelium def., quae deo in charitate conjunctae ab hac luce migrassent, per modum suffragii applicare possent, in Domino concedimus *ad decennium* tantum.

Noviter autem porrectis precibus has gratias ad decennium concessas ipsasque literas cum omnibus et singulis in eis contentis ad *reliqua omnia et singula regna, status, ditiones et dominia Caroli Regis*, servata tamen in reliquis earumdem literarum forma, dispositione et auctoritate praedicta tenore praesentium extendimus ipsasque literas sic extensas perpetuis futuris temporibus valere declaramus.

Datum Romae 20. Sept. 1679.
(Bull. r. t. XI. p. 270.)

9) Ecclesiae.

a) Noviter erectae.

Vd.: *Indulg. Oratorii*; *Ind. alt.* (quando reviviscat?) *Indulg.* (in visit. Eccles.)

Ad dubium: 1. An cesset indulg. ss. Rosarii vel aliae indulgentiae, si nova Ecclesia aedificetur fere in loco, ubi vetus existebat?

2. An cesset indulg., si Ecclesia nova aedificetur in coemeterio, non in loco veteris ecclesiae?

3. An cesset indulg., si nova Ecclesia aedificetur in alio loco et non in coemeterio veteris ecclesiae? S. C. I. resp.:

Ad 1.: Negative, dummodo sub eodem titulo aedificetur.

Ad 2.: Affirmative.

Ad 3.: Affirmative. Die 9. August. 1843.

Ad dubium: An privil. reviviscat, si Ecclesia funditus destructa sit et deinceps ea in *eodem* loco reaedificata, altare olim privilegiatum *sub eodem titulo* denuo erigatur? S. C. I. resp.: Affirmative. Die 9. Aug. 1842.

Quid tantem, si ecclesia *non in eodem loco* sed alibi reaedificetur? S. C. I. resp.: Negative. Die 30. Aug. 1847.

b) Renovatae.

1. Clemens IX. 3. Julii 1668 per Breve concessit Romae *Ecclesiae* S. Andreae Camald. indulg. plenariam in festo s. Andreae et s. Gregorii et in Dedicacione et per octavam def. in perpetuum, applicandam pro defunctis.

2. Concessum est a Clem. VIII. privileg. perpetuum ad *altare* per Card. Solviati constructum.

3. A Paulo V. pro privileg. declarantur per Breve *altaria* s. Andreae et s. Silveriae.

Cum vero, *Ecclesia renovata*, destructa fuerint altaria et nova facta, petitur:

1. Confirmatio indulgentiae concessae a Clem. IX.,

2. Confirmatio privilegii concessi a Clem. VIII.,

3. Confirmatio privil. conc. a Paulo V. S. C. I. resp. ad 1—3 incl.: Non indigere confirmatione. Die 13. Sept. 1723.

10) Episcopi.

(Publicatio.)

Vd.: *Assistens Episcopi; Ind. Papae.*

Quando Episcopus missae sol. *assistit*, sedet, dum vel per Sermocinatorem vel Celebrantem Indulgentia publicatur. n. 2707 ad 3 die 4. Aug. 1674.

Dignitas coram Episcopo *celebrans* tenetur publicare Indulgentias. (Caer. Lib. I. c. XXV.) n. 650 ad 2 die 18. Julii 1626.

Episcopus tantum in sede assistens missae sol. populo benedicit et Indulgentiam publicare facit. n. 5004 ad 2. 6. die 7. Decb. 1844.

Si Episcopus solemniter *celebrat*, stare debet cum mitra, dum per Assistentem publicatur Indulgentia (Caer. Lib. I. c. XXV.); si vero *assistit* missae sol., *sedere* debet cum mitra, dum per Sermocinatorem vel Celebrantem in fine Missae publicatur Indulgentia. n. 2707 ad 3 die 4. Aug. 1674. *Ind. inf. Jub.* (quae non cessat?)

11) Episcopi Administr.

Episcopus Administrator amovibilis Ecclesiae vacantis concedere non potest indulgentiam 40 dierum sine speciali facultate apostolica. n. 3952 ad 3 die 22. Aug. 1722. Vd.: *Indulg. Papae* (decr. de 1659.)

12) Pro Exercitantibus.

Alexander PP. VII.

Nos, qui probe scimus, quantopere conducant exercitia hujusmodi dirigendis in viam Dom. et confirmandis in illa christifidelium mentibus devotionem eorum, qui operi adeo pio et salutari vacaverint, coelestium ecclesiae thesaurorum elargitione magis incitare volentes de misericordia dei omnibus et singulis Christifidelibus *tam Societatis Jesu aut cujuscunque*

alterius Ord. et Congreg. Regularibus quam aliis quibuslibet ecclesiasticis et laicis, qui in domibus Societatis Jesu exercitia per Octiduum juxta laudabilem ejusdem Societatis consuetudinem quodocunque peregerint et interea temporis vere poenitentes et confessi SS. Sacram. sumserint, quoties id egerint, plenariam omn. peccatorum indulgentiam et remissionem misericorditer in domino concedimus.

Praesentibus in perpetuum valituris. Datum in Arce Gandulphi Alban. dioec. die 12. Oct. 1657.

Eadem concessio indulgentiae plenar. facta est ab eodem Alexdr. VII. FF. Regularis Observantiae s. Francisci ac Reformationis Cismontanae familiae exercitiis spiritualibus per octiduum vacantibus.

Romae 11. Jun. 1659.

Innocentius PP. XI.

Nos singulis tam fratribus quam Monialibus *Ord. Praedicatorum*, qui per *quadraginta dies* piis exercitiis semel quotannis dederint, qua vice id gerint, easdem Indulgentias et peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes, quas fel. rec. Paulus PP. V. Praedec. noster fratr. et monialibus praedictis et aliorum ordinum, qui per decem dies spirit. exercitiis incumbunt, concessit, tenore praesentium in Domino concedimus.

Datum Romae 16. Jun. 1689.

Vd.: *Indulg.* (Regularium n. VIII.) *Habitus Clericor.* (epist. Bened. XIV.)

13) In Expos. SSmi. 40 hh.

Vd.: *Instructio Clem.* §. X. n. 2.; §. XXXIII. n. 5 etc.

Si Expositio SS. Sacramenti non sit continua die ac nocte, admoneri debet populus, non lucriferi indulgentias pro Oratione 40 hh. concessas. S. C. Ep. 5. Apr. 1647.

Non derogatur per Indulg. Ecclesiae alias concessas. Vd.: *Indulg. alt.* (Non derog.); *neque per Jubilaeum derogatur*, Vd.: *Indulg. infra Jubil.* (quae non cess.) — Vd.: *Bull. r. t. XV.* p. 116.; *Indulg.* (in visit. eccles.)

14) In aliis expositionibus SSmi.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXX. n. 10 etc., §. XXXIII. n. 9.

15) Falsae.

Indulgentias annorum mille et ultra tamquam apocryphas et falsas esse rejiciendas (Bened. XIV. de syn. dioec. lib. XIII. c. 18. n. 18.) S. C. C. 7. Mart. 1678.

16) Pro feriis sextis in orat. ad pulsand. campanas in memor. Agonis Christi.

Vd.: *Campanae pulsandae in fer. sextis etc.**Benedictus PP. XIV.*

Ad Passionis et Agoniae Redemptoris N. memoriam in omnium Christifidel. animis excitandam atque fovendam coelestibus ecclesiae thesauris omnibus et singulis Christifid., qui singulis feriis 6. totius anni hora tertia post meridiem ad sonum Campanae Ecclesiarum Metrop., Cath. et Paroch. *flexis genibus* quinquies orationem dominic. et toties Salut. angel. devote recitaverint et oraverint ac pro christ. principum concordia etc. . . . nec non salutari perditorum hominum emendatione preces effuderint, *centum dies* de debitis poenitentis relaxamus.

Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae die 23. Decb. 1740. (Bull. r. t. XVI. p. 17. Ed. Luxbg.)

17) Festo annexa et Translatio.

Translato festo, in cujus die conceditur Indulgentia, non transfertur etiam Indulgentia. n. 2903 ad 7 die 30. Sept. 1679; 30. Decb. 1639.

Cf.: *Fest. S. Nominis B. V. M. Vd. Infra Decret. Urbis et Orbis de die 9. Aug. 1852; S. Franciscus Xav.* (Indulg.)

Si festum s. Benedicti transferatur post Pascha, Indulgentiae concessae non transferuntur. n. 3222 ad 3 die 10. Junii 1690; n. 3637 ad 3 die 9. Decb. 1702.

In Constitut. Innocentii XI. permittitur, ut translato festo s. Benedicti transferatur etiam *indulg. plenaria* eo die concessa visitantibus aliquam sui Ord. ecclesiam. Die 26. Septemb. 1679. (Bull. r. t. XI. p. 271.)

Ad dubium: An translato festo Annunciationis B. V. M. intelligatur etiam translata Indulgentia Ecclesiis B. V. M. Annuntiatae dicatis pro die festo concessa? S. C. resp: Supplicandum SSmo. pro declaratione vel pro concessione translationis Indulgentiae. n. 3590 ad 1 die 11. Junii 1701.

Ad dubium: Si transferendum sit Officium Patrocinii B. M. V., quaeritur: Utrum simul transferatur plenaria Indulgentia concessa Fidelibus, qui Missae conventuali Festi Patrocinii intersunt: an vero eam lucrari possint, qui intersunt in ipsa Dominica secunda Missae conventuali S. Severi?

S eadem C. respondit:

„Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam“.

Et ita declaravit et servari mandavit. n. 4442 ad 6 die 11. Septemb. 1790.

Cum quoddam Breve ap. festivitates SS. Patronorum cujusque loci in dominicas cum Officio et missa transferri praecipiat, in iisque fixam eorum sedem assignet; quaeritur: utrum in-

telligi debeat de translatione eorum etiam cum Indulg. ante aliquot solum annos a Sede ap. ad decennium pro die cadenti obtentis, an vero nova Indulgentiarum indulta procuranda sint? S. C. resp.: Affirm. ad primam part.; negat. ad secundam. Die 11. Sept. 1790 in Gnesnen. ad 12.

Ad dubium: An simul cum festo Patroni principal. in diem dominicam translato transferantur simul omnes solemnitates, concessiones, privilegia, indulta, indulgentiae, prohibitiones missarum in Oratoriis privatis eidem festo adnexae? S. C. Affirmative, quia dominica, in qua festum erit perpetuo fixum, perinde habenda est ac si esset dies propria. n. 4553 ad 5 die 18. Octob. 1818.

Cf.: S. Antonius de Pad. decr. n. 4554.

In Constitut. Clem. XI. die 31. Julii 1717 conceditur transl. Indulgentiae pl. perp. in festo s. Scholasticae in diem translati festi pro Congr. Monachorum Bursfeldensium in Germania. (Bull. r. t. XII. p. 578.)

Rubricae particul. novi Brev. Seraphici n. 109 vi decreti de 30. Sept. 1679 praescribunt, quod, translato festo, pro quo concessa est Indulgentia, minime transferatur ipsa Indulgentia: quaeritur propterea: an haec dispositio valeat etiam pro festis perpetuo translatis, num vero pro iis festis tantum, quae in uno vel altero anno contingunt transferri?

S. C. resp.: Quoad perpetuitatem translationis negative sine speciali concessionem; quoad Indulgentias non transferri translato Officio sed exorandis SSmus. pro concessionem. n. 3787 ad 2 die 16. Junii 1708.

Ad dubium: Festis ss. Francisci Solani, Didaci C., Rosae Viterb. in Panormit. Dioecesi concessa est Indulgentia; an attenta eorum perpetua translatione transferri etiam possit

Indulgentia? ut multi praetendunt virtute Const. Leonis X. *Exposuit* sub 23. Julii 1518, in qua prope finem habentur haec verba: „Ac volumus, ut quoties dictar. festivitatum et octavarum earundem celebrationes quilibet ex causa etiam extra tempus transferantur, etiam Indulgentiae diclas Ecclesias in festivitibus hujusmodi et per earum octavas visitantibus pro tempore concessae ad tempus celebrationis hujusmodi sint et censeantur translatae.“ S. C. resp. Translato festo unice quoad Officium non transfertur Indulgentia tali festo concessa. n. 4122 ad 2 die 16. Sept. 1741.

Quum aliquoties occurrat in hac Dioec. Cadicen. translatio Officii Patrocini B. M. V., quaeritur: utrum simul transferatur Indulgentia Plenaria concessa Fidelibus, qui Missae Convent. Festi Patrocini intersunt: an vero eam lucrari possint, qui intersunt in ipsa Dom. II. Nov. Missae Convent. diei Octav. Festi omn. SS., vel etiam lucrari possint si celebretur alia Missa solemniter de Festo Patrocini B. M. V. post decantatam Missam Convent. illius diei?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit:

„Supplicandum in casu pro translatione Indulgentiae.“ n. 5013 ad 1 die 14. Junii 1845.

Decretum Urbis et Orbis ex Audientia Sanctissimi.

Die 9. Aug. 1852.

Cum potestas conferendi indulgentias a Christo Ecclesiae concessa sit in fidelium utilitatem atque earum usum christiano populo maxime salutarem esse affirmet S. Trid. Synodus (Sess. 26. decr. de indulg.), congruum omnino videtur omne studium impendere, ut indulgentias, quae occasione dierum festorum vel concessae jam sunt vel concedentur, fideles facilius lucrari possint, eoque magis cum in-

gens populi christiani concursus ad ea festa celebranda conveniat. Jam vero cum, hac nostra praesertim aetate, maxime ob ecclest. Conventiones ab ap. Sede cum exteris nationibus initas, festorum legitimae translationes occurrant et generatim cum per hujusmodi translationes ex justis causis, debitum tamen cum facultatibus factas, (licet etiam pro sola externi cultus celebratione quin et una simul Officium cum Missa transferatur) fidelium devotio excitetur ad laudandum Dominum in Sanctis ejus, hinc fidelium pietati fovendae atque animarum salutem quam maxime interest, ut etiam indulgentiae his festis adnexae transferantur.

Quamvis autem alias tum a S. R. C. Indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita quaesitum fuerit: utrum in translato festorum etiam translatae intelligantur adnexae indulgentiae, et vel negativa intercesserit responsio vel in singulis casibus recurrendum esse ad hanc S. C. sancitum esset, nec unquam generali decreto publice divulgato usquedum huic translationi indulgentiarum provisum fuerit; attamen EE. PP. in general. comitiis hujus S. C., attentis actualibus temporum hujusmodi et peculiaribus locorum et ecclesiarum fidelium circumstantiis, atque etiam die 16. Febr. currentis anni, pro concessionem generali translationis indulgentiarum occasione translationis festorum, supplicandum SSmo. unanimiter censuerunt. SSmus. itaque D. N. Pius PP. IX., audita de his omnibus relatione per me infrascriptum Secretariae ejusdem S. C. Substitutum in Audientia diei 9. Aug. 1852 facta, benigne mandavit, ut omnes indulgentiae, quae hucusque quibusdam festis concessae fuerunt ac in posterum concedentur vel quae pro iisdem festis aliquibus Ecclesiis et publicis Oratoriis pariter concessae fuerunt

et in posterum concedentur vel etiam, si libuerit, de consensu Ordinarii, illae concessae in s. supplicationibus aut in Novendialibus vel Septenariis sive Triduanis precibus, ante vel post festum vel ejus Octavario perdurante, translatae intelligantur pro eo die, quo festa hujusmodi vel quoad solemnitatem tantum et externam celebrationem (non tamen quoad Off. et Missam) in aliquibus locis vel ecclesiis publicisque Oratoriis sive in perpetuum sive aliqua occasione, sive ad tempus eoque durante, legitime transferuntur. Cum vero transfertur tantum Officium cum missa, non autem Solemnitas et exterior celebratio festi indulgentiarum, nullam fieri translationem decrevit.

Hanc autem apost. benignitatis Concessionem Eadem S. S., quibuscumque in contrarium non obstantibus ac perpetuis futuris temporibus absque ulla Brevis expeditione valituram, per hoc S. C. decretum typis impressum publicari voluit, dummodo caeterae omnes aliae conditiones in particularibus vel generalibus concessionibus praedictarum indulgentiarum pro iis adipiscendis praescriptae omnino serventur.

Datum Romae Ex Secret. S. C. Indulgentiarum.

F. Card. Asquinius, Praef.
Alois. Archiep. Prinzivalli, Subst.
Vd.: Ind. Orator.

18) In festo et per Octavam ss.
Corp. Chr.

Urbanus PP. IV.

Nos Christifidelibus ad colendum tantum festum ss. Corp. Chr. et celebrandum omnibus vere poenitentibus et confessis, qui *matutinali* officio festi ejusdem in Ecclesia, in qua idem celebrabitur, interfuerint, *centum*; qui vero *missae, totidem*; qui autem in *I. vesp.* interfuerint, similiter *centum*,

qui vero in II., totidem; qui Primae, Tertiae, Sextae, Nonae ac Completorio interfuerint, pro qualibet horarum quadraginta; qui vero per octavas matutinalibus, vespertinis, Missae ac praedictarum horarum officiis interfuerint, centum dies, singulis octavarum ipsarum diebus de injunctis sibi poenitentiis relaxamus.

Datum Romae anno 1262.
(Bull. r. t. I. p. 121.)

Martinus PP. V.

Nos singulis vere poenitentibus et confessis, qui et quoties in ipsius SS. Sacramenti professo jejuniū vel loco illius aliud pium opus juxta consilia confessorum fecerint, centum, et qui praemissa in ecclesiis, quibus illa celebrari non contigerit, officiis interfuerint, necnon Episcopis et aliis Praelatis superioribus, qui dictis officiis libenter interessent, sed quominus eis in ipsis ecclesiis interesse possint pro conservandis suarum dignitatum juribus et alias legitime impeditis, pro matutinali, ducentos, et pro missae officii, totidem, ac pro qualibet vespere etiam ducentos, reliquarum vero, videlicet: Primae, Tert., Sext., Non. et Completorio, octuaginta. Rursus autem in quibuslibet octavarum diebus pro singulis matutinarum missarum et vespere, similiter centum, necnon reliquarum hh., quadraginta. Illi praeterea, qui processiones, in quibus ipsum vivicum SSmum. dicto festo defertur, continuo secuti fuerint, a quibuslibet in festo et octavarum diebus hujusmodi pro pace et tranquillitate ecclesiae missas devote celebrantibus pro singulis ipsarum, necnon aliis in eodem festo SSmum. devote sumentibus, etiam centum singulis annis de injunctis eis poenitentiis relaxamus.

Datum Romae die 26. Maji 1429.
(Bull. r. t. I. p. 308.)

Vd.: *Constitutio Eugenii IV. die 26. Maji 1433* in Bull. rom. t. I. p. 323; *Constitutio Pauli III. die 30. Novb. 1539* (ibid. p. 733.)

19) Pro fidelibus singulis hebdom. communicantibus.

Fideles, qui sing. hebdomad. confiteri solent, lucrari possunt omnes (excepto Jubilaeo) indulgentias inter praedictum tempus occurrentes, neque oportet, ut absolutio sacramentalis detur cum intentione ad indulgentiarum dona lucrandi.

S. C. I. 15. Decb. 1841.

Vd.: *Commun.* (pro Indulg. lucrandis, decr. die 30. Aug. 1847.)

20) Imaginis.

Ad dubium: In aliquibus multisque Altaribus Deo, Beatae Virgini Mariae aut alicui Sancto dicatis apponi solent vel stabiliter vel occasione festorum Imagines alterius Sancti. Quaeritur 1: an Visitantes hujusmodi Altaria lucrari possint Indulgentias concessas visitantibus Altaria postremi hujus Sancti? Quaeritur 2: an ratione harum Imaginum in eorum Festis addi possit *Credo* in Missa? Quaeritur 3: an in eorum Festis celebrari queat Missa de his Sanctis, etiamsi in Calendario Dioecetano non sint descripti, sed considerentur ut Simples? S. C. resp.: „Circa quaestionem primam: si Altaria sint consecrata, negative; secus affirmative, dummodo fiat de licentia Ordinarii. Circa quaestionem secundam, negative, Circa quaestionem tertiam, negative.“ n. 4669 ad 56 die 12. Novb. 1851.

Indulg. Imaginum cessant temp. Jubilaei, vd.: *Indulgent.* (infra Jubil. (quae cessat? decr. Innocent. X.)

Indulgentias non esse concedendas in posterum nisi imaginibus Sanc-

torum descriptorum in Martyrologio et Canonizatis. n. 2704 die 16. Junii 1674.

21) Infirmor. habitualiter. (Quomodo ab eis lucranda?)

URBIS ET ORBIS.

Est hoc in more positum, quod ab animarum pastoribus SS. Sacramentum in aliquibus tantum infra annum praecipuis festivitatis ad fideles habitualiter infirmos, chronicos, ob physicum permanentem aliquod impedimentum et domo egredi impotentes sol. deferatur, proindeque hujusmodi fideles tot plenariis indulgentiis privantur, quas consequerentur si conditionibus injunctis adimpletis ad SS. eucharisticam mensem frequentius possent accedere. Itaque quamplures animarum Curatores alique permulti ecclesiastici Viri humillimas preces porrexerunt SS. D. N. Pio IX. PP., ut de ap. benignitate super hoc providere dignaretur; factaque per me infrascriptum Secr. S. C. I. Substitutum Eidem SSm. de his omnibus fidei ratione in audientia habita 18. Sept. 1862, S. S. spirituali gregis sibi crediti utilitati prospiciens clementer indulsit, ut praefati Christiani fideles, exceptis tamen illis, qui in communitate morantur, acquirere possent omnes et singulas indulg. plen. jam concessas vel in posterum concedendas, quasque alias acquirere possent in locis, in quibus vivunt, si in eo physico statu non essent, pro quarum acquisitione praescripta sit s. Communio et visitatio alicujus ecclesiae vel oratorii publici in locis iisdem, dummodo vere poenitentes confessi ac ceteris omnibus absolutis conditionibus, si quae injunctae fuerint, loco s. communionis et visitationis alia pia opera a resp. Confessario injungenda fideliter adimpleant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis

expeditione. Non obst. in contr. facientibus quibuscunque.

Dat. Romae ex Secr. S. C. I. et Rel. die 18. Sept. 1862.

F. Card. Asquinius Praef.; A. Prinzi-valli Substitutus.

22) Initium.

Vd.: *Indulg. altaris* (Ad Septenn.) *Ind. alt.* (initium).

Ad dubium: An attentis verbis, quae in Brevis indulg. apponi solent: „praesentibus ad septennium tantum valituris“ Septennii initium a die publicationis Brevis desumendum sit? S. C. I. resp.: Non a die publicationis sed a die datae Brevis Septennii tempus incipere. Die 18. Maji 1711.

Tempus non a die datae Brevis sed a die praesentationis Brevis Ordinarii esse computandum in regionibus remotis tantum S. C. I. 4. Febr. 1736.

23) Infra Jubilaeum.

a) Quae cessat?

Vd.: *Indulg. alt.* (infra Jubil.); *Ind.* (pro fidel. sing.)

Urbanus Papa VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ob sacri Jubilaei celebrationem a vigilia Nativ. D. N. anni proxime venturi inchoandam et usque ad finem ejusdem anni duraturam omnes et singulas Indulgentias etiam perpetuas et peccatorum remissiones quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus et locis aliis piis saecularibus et quorumvis Ordinum etiam Mendicantium regularibus sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis quomodolibet concessas de ap. potestatis plenitudine suspendimus et suspensas esse declaramus easque eodem anno durante nulli prodesse aut suffragari debere decrevimus, prout in nostris ut plumbo desuper expe-